3291.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

No. 3291.



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

= L.N 1307

M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

3291.

13.

DIALOGUS IN OBITUM IMMATURUM ILLUSTRISSIMI GENEROSISSIMIq; Principis ac Domini D. PHILIPPI, Norvegiæ hæredis, Ducis Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ, & Diethmarſiæ; Comitis Oldenburgi & Delmenhorſtiæ, Domini Clementiſsimi,

pietatis & obſequii ergo
ſcriptus à

Matthia Paiſen juniore Huſenſi.

HAMBURGI
Excudebat Jacobus Wolff
M. D. XC.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

AD ILLVSTRISSIMVM GENEROSISSIMVMQVE PRINCIPEM AC DOMINVM D. IOHANNEM FRIDERICVM, NORVVEGIÆ HÆREDEM, DVCEM SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ, ET DITHMARSIÆ, COMITEM OLDENBVRGI, ET DELMENHORTSIÆ ETC. DOMINVM SVVM CLEMENTISSIMVM.

IAN FRIDRICE *genus qui trahis inclytum,*
Divo nobilium ſtemmate Cæſarum,
Cui reges proavos inſeris ac avos,
Quis dotes animi te aßimilant tui,
Noſtri privatias ingenij rudes
(Quas non Muſa, ſibi conſcia Gratiæ
Nullius, Pietas mittere ſed jubet,
Quam FRATRIS *cineri & quam tibi debeo)*
Clementi accipias pectore deprecor,
Et ſic Pieridum fautor amabilis.
Sic perfuncta ſuo GENITRIX *malo,*
Quam fauſtam videns ipſe beatior :
Sic longævus agas ſecla Mathuſalæ,
Nec triſtis ſenii pondera ſentias

T. CELS.
ſubjectiſsimus

Matthias Paiſen I. illuſtris
collegii Bardeshol-
miani alumnus.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

3291.

DIALOGVS.

Perſonæ interlocutores

Chryſoſtomus *Mœris.*

Quæ tua, quæ macerant vigilantes pectora curæ?
 Materiem flendi quæ tibi cauſa parit?
Tempora ferali cur vincis mœſta cupreſſo?
 Quid pulla, & luctus cætera ſigna volunt?
Quicquid id; Indicium peragas; Medicaminis auctor,
 Si mihi vim morbi notificabis, ero.

Mœris.

Deſine quærendo mihi retractare dolores,
 Hos, ſit docta licet, nil medicina juvat.
Applicet ipſe ſenex medicas Epidaurius herbas
 Triſte valere magis ſentiet arte malum.

Chryſoſtomus.

Pectore fomentis ſi nolunt cedere morſus,
 Vulnera ſi dictis ſe coitura negant:
Emoderare tamen verbis conabor amicis,
 Lenimenq; tuis eſſe ſtudebo malis,
Quod quoq; ſi luctus vehementia forte vetabit,
 En ſocio tecum mœſta dolore feram.
Eſt aliquid ſocium rebus ſpectare ſub arctis;
 Eſt aliquid, plures ſi patiantur idem.
Tu modò ſi poteris, mecum partire labores.
 Illud amicitiæ copula ſancta jubet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

Mœris.

Etſi cruda timent admotum vulnera tactum,
  Mœſtitieſq; metum commemorata novat;
Ne tamen æger opem videar tempſiſſe, doloris
  Fundamenta mei flebiliora cape.
Ille meus divâ generoſus ab indole PRINceps
  Dictus ab Haſsiaci voce, PHILIPPUS, avi;
Sanguine quem magnus claro generavit ADOlphus
  CAUCIUS Aöniis cui labra lavit aquis;
Ille, inquam, heu nigras Lethargi raptus ad undas,
  Nos madidas meritò cogit habere genas.

Chryſoſtomus.

Hunc ne refers, qui præſtò olim cum Fratre colebat.
  ARgentinenſis docta Lycæa ſcholæ?
Quiſq; ſacroſancti perplexa ænigmata juris,
  Et legum latebras, juſtitiæq; decus,
Atq; ſerenati cœleſtia dogmata verbi,
  Hauſit ab integris arte fideq; viris?
Turba Caballini quem potans flumina fontis
  Auſa fuit magnis æquiparare Diis,
Corporis ob pulcras dotes animiq;, frequente
  Quas prece quas ſtudiis amplificare ſolet?

Mœris

Ille eſt; Hincq; dolor tantò cor acerbior urget,
  Quantó huic virtutis plus erat eximiæ.
Triſtis ob hunc patriæ facies, & ſqualida luctu
  In qua (eheu) lacrymôs angulus omnis habet.
Ipſa flet, & dubitans hæret lacrymabilis illum
  Nuncupet an Gnatum, nuncupet anné Patrem.

Dant

3291.

Dant proceres genitu manifeſti ſigna doloris,
Dat ſingultatos plebs miſeranda ſonos.
Najadas & Dryadas paſsis juvas ire capillis
Et cum pïeridum mœret Apollo choro
Ante ſitim tolerans ſiccis quæ arebat arenis,
Ecce paludoſum dat modo fletus humum.
Stat viduata comis viridantibus arbor, & inquit:
Me quoq;, avi cantum qui negat, angor habet.
Præ reliquis MATER Natum miſerabilis urgens
In circumſpectu ſtat ſine fine mali.
Non illi non (heu) Cerealia munera proſunt
Non ſomnus recreat, non juvat alloquium.
Sic Clymenen luxiſſe reor Phaetonte perempto:
Sic Nioben natis dum jacet orba ſuis.

Chryſoſtomus.

Hei mihi ſicne igitur quæ divinante canebant
Mente pij vates, cum DUCE vana jacent?
Dixiſti REuſnere (ſcio) Dux iſte PHILIPPUS
Cultor & Aonidum magnus alumnus erit.
Et: Fœlix regio tanto dominata Dynaſta
Quem legum & juris dixeris eſſe patrem.
Et tua, doctarum decus ô OBrechte ſororum
Promiſsis magnis pagina dives erat.
Scis, ô ſcis quantum ſpondebas carmine, ſed quam
Sunt bona pollicitis pauperiora tuis?

Mœris.

Parce Poëtarum temerare oracula, non eſt,
Non eſt cur dicas iſta carere fide.
Anne homines homini ſpacium tranſcribere vitæ
Poſſe putas? Res eſt ſolius illa Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

Ipſe Sibyllinos Pylioſq; petentibus annos
Porrigere, & vitæ rumpere fila poteſt.
Quod vates dixêre, ratum eſt: Pietatis, & almæ
Plurima juſtitiæ DUX documenta dêdit.
Nec quia vita fuit metis incluſa tenellis
Illius, hinc etiam vilia facta putes
Ætatem vicit meritis, virtutibus annos:
Hæc ipſum faciunt enumerata ſenem.
Et dubitabis adhuc? Quin culta Lycæa tueris,
HOLMICA quæ trepidis Eidra ſalutat aquis?
Hæc Patris & Patrui cura fundata, Genitrix
Vt pia ſervaret ſuaſor & auctor erat.
Nec tantum ſtabilita prius retinenda putabat;
Ipſe novo Aonias auxit honore Deas.
Id ſchola, quam docti regit OLDenburgius oris,
Senſit, in Huſenſi, ſumptibus aucta, ſolo.
Publica ſunt hæc: Quid quoq; ſi privata referrē?
Quæ memorare magis ſingula quiſq; velit.
Sit ſatis hîç monſtraſſe celebribus arte Camænis
Munificæ ſemper quod patuêre fores.
Aſpice nunc fuerit quam ſervantiſſimus ÆQVI,
Quam fuerit Themidos cultor & auxilium.
Obujus haud illi quiſq; ſe impune tuliſſet
Aſtrææ ſanctæ qui violator erat.
Principe non illo venalia jura dediſſet
Quis temerè ipſe niſi vellet adire reus.
Donivoros homines odit, qui munere capto
Mollire acceſſus concupiêre viris.
Sponte adeant (dicebat) opus quos urget honeſtum
Non emptas audit cœlica turba preces.

tam

3291.

Tám mea pauperibus clementia prompta juvandis
  Quàm quos in ciſtis condita gaza beat.
Omnibus æqua Themis; Sit nobilis ille vel Irus
  Pro meritis cuivis me decet eſſè Ducem.
Dicere ſic ſolitus fuit: Hem quid; Dicere tantum?
  Congrua quin etjam facta fuêre ſonis.
Vltor erat ſcelerum, pulchri laudatur honeſti,
  Quiq; iræ ſcibat ponere poſſe modum.
Neſcia non illi miſereſcere pectora, ſi quos
  Conſpexit culpæ pœnituiſſe reos.
Robore non illi cariturum pectus, in iſtos
  Quîs nulla ad frugem cura redire fuit.
Ocia vitabat, per quæ ſterileſcere vires
  Corporis, atq; animi maxima dona ſolent.
Nunc ergo (amplarum quando à molimine rerum
  Tempora ei pacem forte vaciva dabat)
Nunc, inquam, Muſis ſtudioſa mente vocabat,
  Iuraq; volvebat litigioſa fori:
Nunc ſolita umbroſis cingens indagine ſylvas,
  Prælia montivagis intulit ille feris.
Viderat aſſuetus frendentem ſaltibus aprum,
  Flumineo rapidos ore rotare canes:
Lumina terribili cui ſangvine & igne micabant,
  Fervida ſpuma, fluens ore, rigabat humum
Horrebant denſæ velut alta haſtilia ſetæ,
  Iam pede non ſtabili jam dabat ore minas.
Stant trepidi comitis animum & pallore fatentur,
  Quid faciant, dubitant, ſpes erat una fugæ.
Eripe te (venator ait) Dux care periclo,
  Eripe te, prohibent permetuenda moram.

Sine?

Sic ne? (refert Princeps) Fuge tu, ſi te timor urget,
Nec mihi degeneres improbe finge metus.
Non ſic me Genitor virtuti aſſuetus ADOLPHUS
Sublatum erudiit. Cedere men te ſui?
Sentiet illa, viri me ejus de ſtirpe creatum
Ferrea cui robur nomina forte dedit.
Ille ſua intrepidus generoſum voce Leonem
Sternit, & in caveâ claudit, adornat, adit.
Sic ait, & pariter cum voce volatile plumbum
Mittit in adverſum, fulminis inſtar, aprum.
Dixiſses fracto cecidiſſe tonitrua Cœlo
Tantus erat flammâ cum rutilante fragor.
Ecquid facta monent veraces talia vates?
Anne rudimentum tale decore vacat?
Dicere plura queam virtutum illuſtria: Quid ſi
Tempora feciſſent continuata virum?

Chryſoſtomus

O dignum dextris juvenem cœleſtibus auras
Vitales fœlix qui ſine fine trahat!
Hunc-cine rupta trium potuerunt fila ſororum
Mergere Lethæis tam properanter aquis?
Stirps utriuſq; juvat nec eum generoſa Parentis
A qua nobilitas huic geminata venit?
Nec juvat ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Et tantum doctis invigilaſſe choris?
Nec tot virtutum facies: Clementia, Zelus,
Iuſtitia & Pietas, Robur & Integritas?

Mœris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)

3291.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3291 4° (LN 1307)